Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



30

dulcedine ac dilectione plenos esse nouerunt.
Quod autem per singulos calamos tres fuere scyphi
sperulae & lilia. significat ternas temporum
differentias. quibus electi & ante incarnationem
dominicam. & posteadem deuote uixerunt.
Fuerunt enim iusti ante legem. fuerunt sub lege.
fuerunt temporibus prophetarum. tempore ar
cansionem dominicam congregata est ecclesia primitiua
de israhel. Congregatur nunc ecclesia de gentibus.
congregandae est in fine mundi de reliquiis israhel.
Habebat ergo calamus primus in uno latere tres
scyphos. sperulas & lilia. quia in patrum doctos
ante incarnationem dni erant tres ordines eorum
qui haustum gratiae caelestis quasi scyphi sitiebant.
In uia dni promptissime quasi sperulae currebant.
superne donum retributionis quasi candorem liliorum
odoremque gaudentes exspectabant. Id est ante legem.
sub lege. sub pphetis. Secundus calamus. & ipse
habebat tres scyphos. sperulas & lilia. quia con
tinentes illius temporis. aeque tres ordines sanctorum
in praefata distinctione temporum habebant.
Potum spiritalem desiderantes. uia mandatorum dni
currentes. & caelestia praemia praestolantes.
Testiur similiter calamus. tres scyphos & sperulas